

1566. d. 25. Maii

Littere Joannis Brandt ad Joannem Schnell  
Vidi Elegiam in effigiem Scalichii, & Cuthoem esse reor. De impetranda apud Principem literis  
commendatis ad Regem  
Francisci et Ducem Saxoniae. Prudentissimo viro domino Joanni Schnell  
vingia, peto obire. lio illustrissimo principi Prussiae &  
consultori dignissimo domino et pa- 31  
trono meo colendissimo. Joannes Brandt  
dominationis vestre studiosissimus.

Quantum per summam licuit tabellario-  
rum festinationem domine Schnellii T. K.  
uno atque altero verbulo significandum  
duxi, quod maturius non dederim lite-  
rarum aviam nostram iter et distantia lo-  
ci in causa sunt. Caterum quae sit no-  
strarum rerum necessitudo, ex literis  
domini Horstii cognoscere licebit, cui  
quamvis non ad unguem tamen pro-  
lixius scripsi. Te nunc principi nostrae  
consulere gaudeo, puta enim te hac ora-  
tione odium et morsum consiliarium ef-  
fugisse. Vidi elegiam quandam in effigi-  
em domini Scalichii scriptam eius, qua-  
tum ego mihi persuadeo te authorem esse  
reor, in quo mihi valde illud trax crux  
placuit, miror autem vobis tantum ad-  
huc dare animositatis et licentiae quo-  
quam absente propugnatore. Delatum  
fuit etiam ad nos Eliam Canic, rele-  
gationis poena mulctatum, burgabiam  
officio deiectum captivum detineri, et

N. 31.



et in summa apud nostrum principem constitutum inde-  
mentia esse, cuperem certior fieri nam se res ita ha-  
beret. Ego quia promotionibus huius maxime indigeo,  
scripsi ad Morlinum et Horstium de impetra-  
dis apud principem literis commendatitium ad re-  
gem Francie et ducem Lotaringie, peto obnixè si  
tibi consultum videbitur illis te coadiutorem pro-  
bere velis. novi enim tuam in his rebus po-  
tentiam, quod si ratione meliore mihi consule-  
re poteris, tua committo industria, malè enim  
mecum profectò Dominus Scalichius egit, et ma-  
lè etiam nunc cum illo agitur. Puto me propt-  
tanti periculosisimi itineris audacem suscepti-  
onem dignum esse, cui si illustrissima celsitudo  
saltem commendatitium, si non alias subveniat.  
Nihil enim cum pudore absque lingua Galli-  
ca notitia redire in patriam, sumptibus exhau-  
stis quomodo mihi hic in Gallia vivendum erit,  
iudicare potes. Annona enim <sup>2</sup> tota maximè to-  
ta regio nunc prævinitur, non dubito quin officium  
qui etiam sæpè longè maiora effecisti. Do-  
minus Antonius Mailetus apud quem per  
aliquot menses nunc vivo, te salutatur et sua  
offert officia. Si præstiteris mihi operam  
tuam videbo, ut me vasculo vini Gallici  
aliquando gratum exhibeam. vale. Datum  
Loiperi in Lotaringia annò millesimo quin-  
gentesimo sexagesimo sexto die vigesima  
quinta Maii.